



## **Constitvtiones Societatis Iesv**

**Ignacio <de Loyola>**

**Romae, 1570**

Octava Pars De Iis, Qvæ Confervnt Ad Eorvm, Qvi dispersi sunt, cum suo capite, & inter se mutuam vnionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68489](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68489)

## OCTAVA PARS

DE IIS, QUÆ CONFERUNT AD EORVM, QUI  
dispersi sunt, cum suo capite, &  
inter se mutuam vnionem.

DE IIS, QUÆ IUVANT  
ad vnionem animorum.

Cap. I.



**Q**UO difficilius est, mēbra huius Congregationis cum suo capite & inter se inuicē vniri,\* quòd tam dif-

fusa in diuersis mundi partibus inter fideles & infideles sint; eò impensius, quæ iuuant ad vnionem, quærenda sunt: quandoquidem nec conseruari, nec regi, atque adeo nec finem, ad quem tendit Societas ad maiorem Dei gloriam, consequi potest; si inter se & cum capite suo membra eius vnita non fuerint. Dicitur ergo de ijs, quæ conferunt ad animorum vnionem; Deinde de ijs, quæ ad vnionem personalem in

Con-

DECLARATIONES  
In Octauam Partem.

IN CAPVT  
I.

**S**unt & alie rationes, qualis est, quòd vt plurimū litterati erūt, & gratia apud Principes, & primarios viros, ac populos non parum valebūt.

B § He

Congregationibus vel conuentibus pertinent. Et quidem circa animorum vnionem, quædam ex parte subditorum, quædam ex parte Superiorum, quædam ex utrorumque parte iuua-

**B** ¶ Hoc autem nō excludit numerū (licet magnū) eorum, qui erunt idonei, vt in Professos, vel Coadiutores formatos, vel Scholasticos approbatos admittantur; sed hoc eō spectat, vt commendatum habeatur, ne, qui tales non erunt, idonei (præcipue ad professionem) facile censeantur; & cum bene obseruabitur quod in secūda & in quinta Parte dictum est, satis erit. Qui enim huiusmodi essent, vt his locis traditur, turba existimari non deberent; sed potius gens electa, tametsi magna ea esset.

bunt.

Ex parte subditorum iuuerit, <sup>2</sup> \* magnam turbam hominum ad **B** professionem non admitti; nec quoscunque, sed selectos homines etiam inter Coadiutores formatos, aut Scholasticos retineri. \* Multitudo enim magna eorum, qui vitia sua non bene domuerunt; vt ordinem non fert, ita nec vnionem, quæ in Christo Domino nostro tam necessaria est, vt bonus status, ac procedendi modus huius Societatis conseruetur.

Et quia huiusmodi vnio <sup>3</sup> magna ex parte per obedientiæ vinculum conficitur; hæc semper in suo vigore conseruanda est: Et qui foras ad laborandum in agro dominico ex Domibus mittuntur,

\* quoad-

**C** ¶ Cum

C \* quoad eius fieri potest, in eadē sint exercitati: Et hac in virtute, qui primas in Societate tenēt, bono sui exemplo alijs praeluceant, vniti omnino cū suo Superiore; & promptē, humiliter, & deuotē ei obediendo, persistant. Qui autem tam egregium sui specimē in obedientia non dedisset, certē ei adiungi deberet socius, qui in ea magis esset conspicuus. Nam vt plurimum socius, qui in obedientia magis profecit, eum, qui minus in ea profecisset, cum diuino fauore in eadem iuuabit. Et alioqui, quamuis ad hunc scopū non tenderetur, ei, qui cum aliquo munere gubernādi mittetur,

D \* Collateralis socius (si Superiori videbitur, quod sic melius commissio muneris satisfaciet) adiungi poterit: qui sic se geret cum eo, qui alijs praest, & ille inuicem cum hoc; vt obedientia ac reuerentia subditorum debilior erga Superiorem non reddatur: sed ille potius verum ac fidelem adiutorem & subleuatorem erga suam personam & aliorum, qui  
sua

C ¶ Cum experimento cōpertum esset, aliquos ex ijs, qui missi sunt, nō recta incedere, quod ad obediētiam attinet; vel renouari debent; vel socij, qui in ea profecerint, eis adiungi; quamuis initio missi non fuissent.

D ¶ Quamuis Collateralis obediētiae Praepositi, uel personae illius, cui datur, nō subdatur: debet tamē ei interius & exterius reuerentiā exhibere, ac in ea reliquis, qui eius obedientiae subduntur, exemplū praebere. Debet itidē, qua poterit, diligentia eum, qui alijs praest,

præest, iuuare in rebus omnibus ad ipsius officiū pertinentibus, in quibus eius operam ille requiret.

Quamuis etiam nulla de re interrogaretur: cum tamē animaduertet, quòd ei aliquid dici cōueniat, quod ad personam, aut res, quæ sunt ipsius officij, pertineat; debet fideliter ea, quæ oportet, ei referre, & cum libertate & modestia Christiana, quod sentiat, explicare: propositis tamen suis rationibus, & ijs,

quæ ipsum mouent; si Præpositus in sua contraria sententia persisteret; Collateralis proprium iudicium submittere, & ei conformem se reddere debet; nisi tamen clarissime intelligeret illum errare. Quod si accideret; ad Superiorem referre debet.

suae fidei commissi sunt, sibi datū esse in Collaterali experiatur.

Ad eandem obedientiæ virtutem ordo bene obseruatus inter ipsos Superiores, quorum alij alijs subduntur, & inferiorum erga illos, pertinet; ita, vt singuli, qui in aliqua Domo vel Collegio versantur, ad suum Præpositum localem, seu Rectorem recurrāt, & per eum in omnibus regi se sinant. Eis autem, qui per prouinciam aliquā varijs in locis disiuncti manent, ad Prouincialem Præpositum, vel alium localem viciniorem erit recurrendum; pro ut eis iniunctum fuerit. Omnes verò Præpositi locales, vel Rectores crebra cōmunicatione cū Prouinciali vtātur, & iuxta eius arbitrium in omnibus se gerant. Eodem modo Præpositi Prouinciales cum Generali se habebūt.

\* Sic

Curet

Curet etiam Collateralis vnionem, quoad eius fieri poterit, subditorum inter se, & cum suo Praeposito immediato; & inter eos velut Angelus pacis incedat: & studium adhibeat, vt de Superiore suo sic sentiant, illumque ita ament, ut oportet, quem Christi Domini nostri loco habent.

Debet etiam certiozem reddere Superiorem suum Generalem, vel Prouincialem ijs de rebus, quas vel ipse, vel is, cui Collateralis adiunctus est, commendaret; & sponte sua etiam eius loco id faciat, cum per aduersam corporis ualetudinem, vel occupationes, vel aliquam aliam causam ille in hac parte officio suo deesset.

Contra Praepositus cum suo Collaterali nonnulla obseruare debet; ac primum, considerando quod non vt subditus, sed vt auxilium & subleuamen ei datus est, peculiarem erga eum dilectionem & honorem praese ferre debet; agatque cum eo familiariter, vt sit animosior ad ei dicendum, quod sentit; commodiusque id faciat, ac videat, qua in re eum iuuare possit. Curet etiam, vt auctoritatem habeat, & diligatur ab inferioribus. Eo enim utilius eius ministerio erga illos vtetur.

Siqua occurrerint, quae difficiliora esse videantur; cum eo tractari oporteret, eius sententiam rogando, & ad dicendum quod sentit (etiam cum non interrogaretur) reducendumque sibi in memoriam quod ad suam personam & officium conuenire videatur, exhortando. Et auditis, quae à Collaterali dicuntur, melius per seipsum, quod factum opus est, constituet.

Quod attinet ad executionem sui officij; ad subdito-

N rum

rum gubernationem vtatur Collaterali vt fideli ministro in rebus maioris momenti ; siue vniuersales sint ad Domos ; siue particulares ad quemuis ex fratribus spectantes .

In ijs, quæ ad Præpositum Generalem pertinent, ei- que debentur, vtatur etiam eius opera : & in omnibus eo habeat loco, eoque modo ipsi confidat, quo alteri sibi (dempta potestate) in spiritus vnione in Christo Domino nostro .

Et animaduertendum est, duabus ex causis præcipue Collateralem adiungi debere ; Prima est, quando in eo, qui cum præcipuo munere mittitur, maius auxilium desideraretur ; propterea quòd non sit magnopere versatus & exercitatus in huiusmodi gubernatione ; vel propter alias causas : quamuis eius desideria & vita ad maiorem Dei gloriam sint valde approbata . Secunda, quando aliquis ex eis, quos secum est habiturus, huiusmodi esset ; vt existimaretur minus profecturus, si sub eius qui præest, obedientia constituatur ; quàm si vt socius adiungeretur : dummodo talentum ad eundem iuuandum haberet .

E § Cum particularibus ex causis Præposito Pro- uinciali magis conuenire ad diuinum obsequium uideretur, vt aliquis ex ijs, qui in Domibus  
vel

\* Sic enim, subordinatione conseruata, vnio, quæ in ea quàm maxime consistit, aspirante gratia Dei, conseruabitur .

Siquis diuisionis vel dissensionis eorum, qui vnà viuunt, inter se, uel cum suo capite author esse cerneretur ; diligentissime ab ea Congre-

Congregatione velut pestis, quæ  
eam potest summopere inficere,  
si præsens remedium non adhi-  
beat, \* separandus est.

6 Ex parte Præpositi Generalis,  
quæ ad hanc vnionem animorum  
G conferent, \* sunt ex dotes, qui-  
bus (vt in nona Parte dicitur)  
eum exornari oportet, quibus  
cum præditus fuerit, erga omnia  
membra

obedientiæ proximè reseruare possit. Vt plurimum ta-  
men prædicta obedientiæ subordinatio eo melior erit, quo  
perfectius obseruabitur.

F ¶ Separare intelligendum est; vel omnino à Societa-  
te dimittendo; vel in alium locum transferendo: si hoc suf-  
ficere videretur, & ad diuinum obsequium, ac commu-  
ne bonum iudicio illius, qui curam eius habet, magis  
conueniret.

G ¶ Iuuabit etiam in primis inter alia Dei dona bona  
existimatio, & authoritas erga subditos: & habere ac  
præ se ferre dilectionem, & curam illorum; ita vt subditi  
sibi persuadeant suum Superiorem scire, velle, & posse  
bene ipsos in Domino gubernare. Ad quod, sicut ad alia  
multa, conferet, secum viros, qui consilio polleant, habere  
(vt in nona Parte dicitur) quorum opera in ijs, quæ sta-  
tuenda sunt ad bonum Societatis progressum, in his atque  
illis locis ad Dei gloriam vti possit.

Conferet etiam, circumspecte & ordinate præcipere,

N ij co modo



eo modo curando subditos in obedientie officio continere, ut Superior omni beneuolentia, & modestia, & charitate in Domino, quod in ipso est, utatur; ita, ut subditi se potius ad dilectionem maiorem, quam ad timorem suorum Superiorum possint componere; quamuis aliquando utrunque sit utile: eorum etiam arbitrio aliquid relinquendo, cum probabile videbitur, quod eos id iuuabit; aliquando etiam eis ex parte aliquid indulgendo, et cōpatiēdo, cum uideretur id posse magis cōuenire.

H § Poterit nihilominus subditos alijs in locis, prout occasio & necessitas occurrerit, visitare: & prope Romam aliquando habitare; prout ad maiorem Dei gloriam fore indicauerit.

membra Societatis suo fungetur officio: capitis uidelicet, à quo in illam influxus ad præfixum ipsi finem necessarius descendat: & sic à Generali Præposito, ut à capite, vniuersa facultas Prouincialium egrediatur, ac per eos ad Locales, per hos autem ad singulares personas descendat: sic etiam ab eodem capite (vel saltem eo suam facultatem communicante, & rem approbante) missiones procedant. De communicatione gratiarum Societatis tantundem sit dictum. Quò enim magis inferiores à suis Superioribus pendeant; eo melius amor, obedientia, atque unio inter eos retinebitur.

Et ut locus magis conueniat ad cōmunicationem capitis cum suis membris; cōferre plurimum potest, ut \* Præpositus Generalis H

magna

I § De

magna ex parte Romæ resideat, vbi cum aliis omnibus locis Societatis faciliori vtetur commercio. \* Prouinciales itidem in ijs locis diutius versabuntur, vnde cum inferioribus, & cum superiori Præposito commoda fuerit communicatio, quantum in Domino id effici poterit.

§ Præcipuum vtriusque partis vinculum ad membrorum inter se & cum capite suo vnionem, amor est Dei ac Domini nostri IESV Christi: cum cuius diuina ac summa bonitate si Superior & inferiores valde vniti fuerint, perscilè inter seipso vnientur; idque per eundem illum amorem fiet, qui à Deo descendens ad omnes proximos, ac peculiari ratione ad corpus Societatis pertinet. Charitas itaque, & vt in vniuersum dicatur, omnis probitas ac virtus, qua iuxta spiritum procedatur, ad vnionem ex vtraque parte iuuabit; & (quod inde sequitur) omnis rerum temporalium contemptus, in quibus sui ipsius amor, grauissimus huius vnionis ac boni vniuersalis hostis, errare solet. Multum etiam conferet consensio tum in interioribus;

I § De visitatione Præpositi Prouincialis eadem erit ratio, atque Generalis. Poterit enim id facere, cum videbitur ad Dei maius obsequium fore; estque id valde proprium eius officij. Cum tamen aliquo in loco diutius est ei residendum; si fieri potest, locum eligat, ex quo cum subditis & cum Generali crebra communicatio litterarum vti possit.

K § Cum

**K** ¶ Cum ijs, qui adhuc litteris operam non dederint, curandum est, ut omnes (ut plurimum) eandem doctrinam, quæ in Societate fuerit electa, ut melior & conuenientior no-

stris, sequantur. Qui autem studiorum cursum iam peregit, aduertat, ne opinionum diuersitas coniunctioni charitatis noceat; & quoad eius fieri poterit, doctrinæ in Societate communiori se accommodet.

**L** ¶ Prepositi locales, vel Rectores, qui sunt in aliqua Prouincia, quique missi sunt ad fructum in agro Domini curandum, Preposito suo prouinciali singulis hebdomadis, si fieri potest, scribere debent; & Prouinciales, & alij Generali singulis hebdomadis, si vicinus fuerit: si autem in regno diuerso resident, ubi desit ea commoditas, tam priuati ad fructificandum missi (ut dictum est) & Prepositi locales, & Rectores, quàm Prouinciales, singulis mensibus semel Generali scribent; qui curabit, ut eisdem, saltem Prouincialibus, semel singulis mensibus scribatur. Ipsi vero Prouinciales Prepositis localibus, & Rectoribus, & priuatis personis, quibus opus erit, semel etiam singulis mensibus scribi curabunt; & utrinque crebrius iuxta occasionum in Domino occurrentium rationes.

\* ut est doctrina, iudicia, ac voluntates, quoad eius fieri poterit; tum etiam in exterioribus; ut est vestitus, ceremoniæ Missæ, & reliqua, quantum personarum, & locorum, & cæterorum varietas permittet.

Magnopere etiam iuuerit \* lit L  
terarum vltro citroq; missarum 9  
inter

inter inferiores et Superiores frequens commercium, & crebro  
 M alios de alijs certiores fieri \* ac ad edificationem per  
 audire quæ ex varijs locis ad ædificatio-  
 ficatio-  
 sint; hanc formulam sequi oportebit. Qui sub vno Prouinciali sunt, ex diuersis Domibus vel Collegijs scribant quarti cuiusque mensis initijs litteras, quæ solum ea, quæ ad edificationem faciunt, contineant: & alterum earum exemplum lingua vernacula illius prouinciæ, alterum latina scriptum sit: & mittant vtrunque duplex Prouinciali, vt mittat alterum exemplum vtraque lingua, Generali cum alijs suis litteris: vbi referat quod notatu dignum, vel ad edificationem fuerit; si particulares id omiserunt. Ex altero vero exemplo tot alia exscribi curet; vt ad certiores reddendos alios de sua Prouincia satis sint. Si multum temporis consumeretur mittendis huiusmodi litteris Prouinciali; Præpositi locales, & Rectores possunt litteras suas latina & vernacula lingua scriptas, recta ad Generalem, & earum exemplum Prouinciali destinare. Poterit etiam Prouincialis, cum ei visum fuerit, quibusdam ex localibus iniungere, vt certiores reddant alios eiusdem Prouinciæ, transmissis ad eos earundem litterarum, quæ ad Prouincialem mittuntur, exemplis. 149

Vt tamen, quæ in vna Prouincia geruntur, in alia sciantur; curabit Præpositus Generalis ex litteris, quæ à Prouincijs mittuntur, tot exempla exscribenda, quot satis sint; vt omnes alijs Prouinciales certiores reddantur. Illorum vero quisque exscribi in sua Prouinciæ usum curabit.

Cum magnum inter duas Prouincias commercium esset, vt inter Lusitaniam & Castellam, Siciliam & Neapolim; Prouincialis vnus possit Prouinciali alterius exemplum litterarũ Præposito Generali missarũ transmittere.

N § Ad clariorem omnium cognitionem quarto quoque mense mittatur Præposito Prouinciali ex singulis Domibus vel Collegijs breuis catalogus, isque duplex, omnium, qui in ea domo sunt: quique etiam post vltimum catalogum missum vsque ad id tempus, quo scribitur, desint; vel quòd mortui fuerint, vel alia quauis causa: breuiter perstringendo dotes vnus cuiusque. Et Prouincialis eodem modo singulis quadrimestribus exemplum catalogorum cuiusvis Domus & Collegij Generali trās mittet. Ita enim melius intelligentur, quæ ad personas attinēt, melius que totum Societatis corpus ad Dei ædificationem & gloriam regi poterit. cognitionem, \* & eorum, quæ N geruntur, cognitionem, afferuntur; cuius rei Superioribus, ac præcipuè Generali, & Prouincialibus cura erit, eo constituto ordine, vt quouis in loco, quæ ad mutuam consolationem & ædificationem in Domino faciunt, ex alijs sciri possint.

### QVIBVS IN CASIBVS

Congregatio generalis fieri  
debeat. Cap. II.

**A**D vnionem personalem vt veniamus, quæ in Cōgregationibus Societatis fit; considerandum est,

est; quibus in casibus, qui, & per quem; ac itidem  
 quo in loco, quo tempore, & modo debeant con-  
 gregari; & id definiri, de quo in Congregationibus  
 agetur. Et vt declaretur primo loco, quibus in ca-  
 sibus Congregatio, & Conuen-  
 tus generalis fiat; illud in primis

IN CAPVT  
 II.

**A** expedire, \* vt certis temporibus  
 aut crebrò fiat; quoniam Præpo-  
**B** situs Generalis \* adiutus com-  
 municatione, quam cum vni-  
 uersa

**A**q **C**uiusmodi  
 esset, ter-  
 tio aut sexto quo-  
 que anno, plus,  
 minus.

**B** § Huiusmodi communicatio fit per transmissas lit-  
 teras, et personas, quæ ex Prouincijs venire debent: sal-  
 tem vnus ex singulis earum tertio quoque anno, et ex In-  
 dijs quarto: electus Professorum et Rectorum illius Pro-  
 uinciæ suffragijs: ad certiore[m] multis de rebus faciendum  
 Præpositum Generalem. Possunt etiam per huiusmodi  
 communicationem, cum opus fuerit, intelligi sententiæ eo-  
 rum, quos Præpositus Generalis in uniuersa Societate me-  
 lius sensuros iudicabit. Et sic, adhibitis eis, quos apud se  
 habet consilij gratia, multa constituere sine Cōgregatione  
 totius Societatis poterit; quandoquidem magna ex parte  
 Cōgregatio ideo ad bene constituendum iuuare solet, quòd  
 vel rerum maior cognitio habetur; vel quòd conueniunt  
 aliqui eminentiores viri, qui dicunt quod sentiunt. Id au-  
 tem multis in casibus sine Congregatione generali, vt di-  
 ctum est, transigi potest.

§ Non

uerſa Societate habet, & eorum opera, qui cum ipſo degent, hoc laboris & diſtractionis vniuerſæ Societati, quantum fieri poterit, adimet. Aliquando tamen congregari, omnino erit neceſſarium; vt ad electionem Præpoſiti Generalis, ſiue eligendus ſit, qui in demortui locum ſuccedat; ſiue aliquam ob cauſã ex ijs propter quas Generalis à ſuo officio abſolui poteſt: vt poſtea dicitur.

**C** ¶ Non res perpetuæ quæuis ſatis ſunt, vt generalis Conuentus in dici debeat; niſi maioris momenti ſint. Aliquæ tamen magni momenti, licet non perpetuæ, ſatis eſſent. Hoc autem diſcernere, & ſtatuerè, Præpoſiti Generalis erit. Cum tamen aliqua acciderent, quæ vrgerent, magnique momenti viderentur; vt qui aſſiſtunt Generali, & Prouinciales, ac Præpoſiti locales pluribus inter ſe ſuffragijs iudicarent, quod cogi debeat Cōgregatio generalis, vt nona in Parte dicitur; cogetur: idque Præpoſito Generali gratum eſſe oportet; & vt Congregatio huiusmodi magna cum diligentia fiat, idem Generalis ſtatuerè debet.

Altera cauſa eſt, cū deliberrari oportebit\* de rebus perpetuis ac magni momenti; quales eſſent (verbi gratia) Collegia vel Dōmos diſſoluere, aut aliò transferre; vel res admodum difficiles ad vniuerſam Societatem ſpectantes; vel rationem procedendi in illa pertractare ad maius diuinum obſequium.

QVI

IN CA-

QUI DEBEANT CON-  
gregari. Cap. III.

IN Caput  
III.

**N**ON omnes, qui sub Obedientia Societatis viuunt; nec Scholastici approbati, \* verum Professi duntaxat, & præterea Coadiutores aliqui, si ita expedire in Domino videretur, sunt ad Congregationem generalem conuocandi; & quidem ex his non nisi qui commodè venire queant. Non itaque infirmi ac valetudinarij, nec qui in regionibus remotissimis agunt, vt in Indijs; sed nec illi, qui præ manibus negotia habent magni momenti, quæ absque graui incommodo deserui non possunt, conuenient.

**A** CVM vocat Congregationem qui supremam in Societate curam habet; eius erit iudicium, num aliqui, qui professionem trium votorum solemnium emisissent, vel Coadiutores nonnulli ad conferendum cum eis de rebus, quæ in Congregatione tractandæ sūt; venire debeant.

Hoc enim aliquando conueniens fore videtur; præsertim si Rectores Collegiorum, & eorum Procuratores, aliq̄ue officiales, quibus optimè perspecta erunt, quæ ad ipsorum officia pertinent, vocentur. Possent etiam huiusmodi officiales suffragium actiuum & passiuum ad reliqua habere; præter quàm vt Professis quatuor votorum præesse possint. Si Cōgregatio ad electionem Generalis indicitur; nullus, qui quatuor vota solēnia in professione non emisisset, suffragium actiuum aut passiuum ad huiusmodi electionem habere poterit.

B 9 Pro.



nient. Pendebit autem hoc ex iudicio Præpositi Generalis, si is ad Congregationem conuocauerit; vel eorum, qui cōgregati in singulis Prouincijs fuerint, ut venturos ad generalem Congregationem eligant. Verum ut certa aliqua ratio præscribatur; cum Cōuentus celebrabitur ad eligendum Generalem, aut ad deliberandum de ijs, quæ ad Generalem ipsum

*B* ¶ *Prouinciali veniendum esse intelligatur, si possit: sin minus pro se alium mittet: qui magis idoneus ei videbitur ex tribus, quos Congregatio prouincialis elegerit.*

*C* ¶ *Quam- que Collegiorum Rectores, ac Procuratores: vel ij, quos tanquam vicarios illi suo nomine miserint. Cum conuentus ad res alias indiceretur; Præpositus Prouincialis sine congregatione Prouinciæ, duos ex ea eligere poterit pro arbitrio Præpositi Generalis; cuius erit pro occurrentium causarum ratione constituere, num conuentus Prouincialis huiusmodi ad duorum illorum electionem sit cogendus, an Prouincialis sine conuentu eos debeat eligere, prout ei videbitur in Domino expedire.*

\* His

spectant, terni ex singulis Prouincijs veniant; \* Prouincialis videlicet Præpositus \* cum duobus alijs, qui fuerint ad hoc negotium in Congregatione prouinciali electi: quæ quidem Congregatio in singulis Prouincijs ante generalem, ad hunc finem cogetur.

Conuenient autem & suffragij ius habebunt in ea Professi omnes Prouinciæ, qui interesse poterunt, Præpositi Domorum, at-

que Collegiorum Rectores, ac Procuratores: vel ij, quos tanquam vicarios illi suo nomine miserint.

Cum conuentus ad res alias indiceretur; Præpositus Prouincialis sine congregatione Prouinciæ, duos ex ea eligere poterit pro arbitrio Præpositi Generalis; cuius erit pro occurrentium causarum ratione constituere, num conuentus Prouincialis huiusmodi ad duorum illorum electionem sit cogendus, an Prouincialis sine conuentu eos debeat eligere, prout ei videbitur in Domino expedire.

\* His

**C**\* His tribus & generali Congregationi, quicumque in Prouincia remanent suas vices delegabunt. Quòd si præter duos electos, quosdam alios Præpositus Generalis designaret, vel Præpositus Prouincialis adducendos iudicaret; eadem erit horum, & aliorum ratio. Sed si Prouincialis præter tres, aliquos eligeret; plures, quàm duos, adijcere non poterit; ita, vt ad summum quinque ex vna Prouincia veniant.

**2** Ex Professis, qui Congregationi intererunt, vnusquisque suffragium vnicum, solus Generalis duo habebit. Sed si numerus par esset, Prouincialis reliquis præferetur: & si inter ipsos Prouinciales esset paritas; pars illa, in quam Præpositus Generalis, uel (si is è viuis excessisset) ipsius Vicarius inclinabit, esset præferenda. Vt enim illis magis est necessarium diuinæ gratiæ auxilium propter munus quod gerunt; ita sperandum est, Deum ac Dominum nostrum vberius id illis, vt sentiant & dicant quæ ad ipsius gloriam faciant, largiturum.

**C** ¶ *Quamuis qui remanent in prouincijs, suum suffragium in scriptis mittere non possint: tamen, si res fuerit eis communicata, suã sententiam in scriptis transmittent; & qui veniunt, dicent in Cõgregatio-  
ne generali, quid & alij sentiant.*

IN CA-

AD

IN Caput  
IIII.

AS I nullus ex  
Professis

apud Generalem  
esset, & aliquem  
ipse ex vicinis no-  
minaret; eadem  
erit ratio. Si ta-  
men morte præoc-  
cupatus, vel mor-  
bo, qui ad hunc  
effectum perinde  
ac mors censea-  
tur, Vicarium non  
nominavit; qui  
apud eum fuerint  
Professi (quamuis  
non in eodem loco,

sed in vicinis fuerint) pluribus suffragiis Vicarium eli-  
gent. Et siue Præpositus Generalis aliquem vicinum ab-  
sentem, siue nullum nominauerit; qui præest Domui, in qua  
mortem obiit Generalis; vel qui vicinior esset, si in nulla  
Domo Societatis moreretur, curabit statim mitti qui cer-  
tiores faciat Professos vicinos, vt ad Vicarium constituen-  
dum (vt dictum est) qui gerat vices Generalis, donec  
ille electus fuerit, congregentur; vel ad eum agnoscen-  
dum, quem constabit electum esse.

AD QVEM SPECTET  
Congregationem gene-  
ralem indicere.

Cap. IIII.

CVM ad eligendum nouum  
Præpositum, priore vita fun-  
cto, conuentura est Societas; \* v- A  
nus ex Professis, quem suum in  
hac parte Vicarium ante mortem  
Præpositus nominauerit, alios  
certiores faciendos curabit. Hic  
autem Vicarius (vt plurimum)  
vnus ex iis erit, qui adesse Præpo-  
sito, & ipsum iuuare soliti sunt,  
vel certè ex iis, qui proximè de-  
gunt. Huius officium erit, Socie-  
tatem ad electionem Præpositi fa-  
ciendam, præscripto tempore, &  
loco,

IN CA-

loco, quò conuenire oporteat, conuocare.

- 2 Quando non ad electionem Generalis congregatur Societas; in alijs euentibus Præpositus Generalis eam conuocabit; præter quàm in illis, qui in nona Parte exprimentur: & non congregabit frequenter Societatem, vt dictum est; nisi rerum agendarum necessitas vrgeret. Sed cùm generalis Congregatio ad electionem Præpositi cõuocata eum iam elegerit; deinde de rebus alijs grauioribus, quàm vt à Generali, & iis, qui cum ipso agunt, decidi debeat, tractari poterit.

DE LOCO, TEMPO-  
re, & modo congregandi.  
Cap. V.

- 1 **L**ocus, quò conueniet Societas ad Generalis electionem, videtur ordinariè curia summi Pontificis esse debere, ubi plurimum erit ipsius Generalis residentia: nisi Societas ex compolito conueniendum esse in alium locum, qui commodior omnibus futurus esset, statueret; ut siquis in confinio diuersarum Prouinciarum, in quibus manet Societas, esset constitutus; uel alius, qui magis accommodus uideretur. Si Præpositus Generalis est, qui Societatem ad alia negotia congregat; eius erit, eligere ac designare locum, quem in Domino aptiorem iudicauerit.

- 2 **S**patium temporis, quod cogendæ Societati tribuetur,

buetur, ubi de electione Generalis agendum est, quinque aut sex mensium erit, à tempore, quo litteræ, quæ de hac re commonefacient, scriptæ fuerint. Pro rogari tamen id tempus poterit, cum necessitas postulauerit. Cum uero alias ob causas fuerit congreganda, Generalis Præpositus pro suo arbitratu tempus designabit.

Modus in congreganda Societate seruandus hic 3  
erit; ut ille, cuius hoc est munus, confestim uariis  
uiis Prouinciales, & siqui ex Professis sigillatim con  
uocandi essent; adscripta (quantum sat esse ipsi ui  
debitur) causa, loco, & tempore conuentus habendi,  
certiores faciat; admonens quoque, ut ubique  
Missæ celebrentur, & orationes fiant pro fœlici Præ  
positi electione. Vnusquisque autem Prouincialium  
(si ipsi soli eligendi potestatem non habuerint) Pro  
fessos, qui in ipsius Prouincia uersantur, Rectores  
quoque, & locales Præpositos, qui uenire possint,  
conuocabit. Vbi uero ad Congregationem prouin  
ciale[m] conuenerint, qui commode potuerint, eliget  
pluribus suffragijs (Prouincialis sententia pro duo  
bus suffragijs numerata) eos, qui ad generalem Con  
gregationem uenient; qui esse ij debebunt, quos ma  
gis expediat Congregationi interesse, & quorum ab  
sentia minus detrimenti Prouinciæ sit allatura. Ipsi  
uero, quàm primum poterunt, ad constitutum lo  
cum, relictis in suis Prouinciis Vicariis, & rebus om  
nibus bene compositis, proficiscuntur.

Curabunt præterea Superiores, ut omnes, qui sub 4  
obedientia

obedientia Societatis viuunt, quotidie in orationibus & in Missarum sacrificijs plurimum Domino commendent eos, qui ad generalem Congregationem se conferunt; & simul, vt, quidquid in ea transigetur, ad maius obsequium, & laudem, & gloriam diuini nominis cedat.

DE MODO DELIBERATIONIS, cum de electione Generalis agitur. Cap. VI.

1 **S**I conuentus indictus est ad noui Præpositi, qui in demortui locum succedat, electionem; simul atque conuenerint, Vicarius Generalis quatuor dies ante Præpositi futuri electionem de eadem omnes alloquatur, horterurq; ad eam, prout ad maius Dei obsequium, & bonam Societatis gubernationem conuenit, faciendam: & præter hunc diem, tres sequentes habebunt, vt se Deo commendent, meliusque considerent, quisnam ex vniuersa Societate ad huiusmodi curam maximè idoneus sit futurus; informationem capientes ab eis qui eam benedare poterunt: donec tamen ingrediantur locum electionis, & in eum includatur, non desinant apud se, quem sint electuri.

2 Hoc medio tempore vnusquisque, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, teneatur Vicario manifestare, vel alicui ex antiquioribus Professis (qui cum Vicario conferet) si sciret aliquem hoc mû

IN CAPVT  
VI.

**A** **S** **V** **T** *suf-*  
*fragio*  
*priuari quis possit*  
*vt inhabilis, quòd*

de ambitione huiusmodi notatus esset, oporteret clare testimonijs conuictum esse, vel alioqui, quantum satis est, de veritate eorum, quæ obiecta sunt, constare; quacunque ratione id constare posset. Sed cum probationes suspitionem tantum valde probabilem, sed non fidem certam facerent; is non erit ad electionem idoneus; et, quæ sita aliqua occasione, remouendus quidem ab ea Congregatione, sed suffragij iure tanquam inhabilis priuandus non erit. Nec suspitio euulganda erit, & multo minus, si suspitio probabilis non esse deprehenderetur. Tunc enim nulla ratione id nocere debet ei, qui non iuste notatus fuerit: nec desinet Congregationi interesse, & suffragij ius, sicut alij, habere. Ad quem pertinet hoc iudicare, Vicarius est, tribus alijs ex antiquioribus Professis vocatis: & condemnatio vt minimum tribus suffragijs fieri debet. Qui autem aliter, atque in animo sentiret, sententiam diceret, ipso facto excommunicationem incurreret.

Si ipsemet Vicarius, vel aliquis ex antiquioribus notaretur; semper quatuor ex ijs, qui prius professionem emisserunt, iudicabunt, excluso eo, qui notatus est: & eorum quisque, ad cuius aures huiusmodi infamia perueniret, reliquos vocet; vt de ea cognoscatur.

**B** **S** **Q** **U** **I**

nus affectasse, vel etiam tunc affectare, directe, aut indirecte id procurando, vel signo aliquo id declarando. \* Qui autem de ambitione huiusmodi conuictus esset, actiuo & passiuo suffragio priuetur, A

uetur, vt inhabilis ad eligendum alium, & vt ipse eligatur: nec in eam Congregationem, nec in aliam vnquam admitti possit.

3 Ipso die electionis, qui hos tres dies consequetur, celebret aliquis Missam de Spiritu sancto, quam omnes audiant, ac in eadem sanctissimum Christi corpus sumant.

4 Postmodum ad campanæ pulsationem, \* qui suffragium habent, ad locum Congregationis vocentur; & vnus eorum concionem habeat, qua in genere (nullo dato signo, quo particularis aliqua persona significetur) ad electionem eius Præpositi, qui ad maius Dei obsequium conueniat, exhortetur; Et postquam hymnum illum simul dixerint; Veni creator Spiritus &cæt. in prædictum locum Cōgregationis ab aliquo ex Præpositis, vel Rectoribus, vel aliquo quopiam de Societate, cui id officij in Domo Congregationis commissum fuerit, includantur; ita, vt nec inde egredi, nec eis aliquid ad uictum, præter panem & aquam,

votorum emiserunt, vel Coadiutores formati sunt) qui uocandi erunt, suffragium (vt superius diximus) habebunt.

ij N C ¶ Serua-

B ¶ Qui suffragium habent, Professi quatuor votorum duntaxat erunt, vt dictū est; si quidem de electione Generalis agitur: quamuis curetur, vt & alij conueniant ad maiorem rerum cognitionem habendam, si opus fuerit, & ad agendum post electionē Generalis alijs de rebus, in quibus Rectores, & Præpositi locales (si professionem triū



& aquam dari possit; donec Præpositum Generalem elegerint.

Quòd si omnes communi inspiratione, non expe-  
ctato ordine suffragiorum, quempiam eligerent; il-  
le sit Præpositus Generalis. Omnem enim ordinem,  
& eligendi formulam Spiritus sanctus, qui ad huius  
modi electionem eos mouit, facile supplet.

Quando eo modo non perageretur electio; formu-  
la quæ sequitur erit obseruanda. In primis quisque

**C** ¶ *Seruabunt omnes silèrium in locis Congregationis; ita vt vnus cum alio non colloquatur in ijs, quæ ad electionem pertinent (nisi quid esset, quod necessarium videretur; & id quidem coram omnibus dicendum esset) donec Generalis sit electus.*

seorsum orabit Deum, \* &, cum nullo alio loquendo, in Creatoris sui ac Domini conspectu exijs, quæ prius intellexit, apud se statuet, quem sit electurus; & in charta scribet nomen personæ, quam eligit in Præpositum Generalem, & suum subscribet; & ad hoc spatium vnus horæ ad summum præfigatur: deinde ad sedes suas omnes conueniant: Et Vicarius \* cum Secretario ad hoc ipsum

**D** ¶ *Antequam ingrediantur in locum electioni destinatum, in spatio quatuor illorum dierum congregati omnes, qui in loco Congregationis Professi inueniuntur, Secretarium, & Assistentem eligent: ac quilibet, quem nominet, scriptum dabit; & publice Vicarius cum duobus ex Professis antiquioribus videbit, quis plura habeat suffragia:*

ipsum inter Professos electo; & alio tertio, qui eis assistat, exurgens à sede protestetur nolle se admittere quenquam, nec excludere, quem non debeat. \* Det autem omnibus absolutionem generalem ab omnibus censuris ad hunc canonicæ electionis effectum: Postmodum, inuocata Spiritus sancti gratia, accedat cū suis socijs ad mensam in medio positam: & ipsimet tres prædicti mutuo suffragia sua alius ab alio petant: & \* iuret vnusquisque prius, quàm det, quòd eum nominat,

*uoco cum omni reuerentia IESVM Christum, qui sapientia est aeterna, quòd ego N. illum eligo, & nomino in Praepositum Generalem Societatis IESV; quem sentio ad hoc onus ferendum aptissimum. Itaque duo iurat; vnum, quòd suum nomen ponit, vt personæ eligentis; alterum, quòd ponit nomen illius, quem magis idoneum iudicat, vt personæ electæ: & tunc suffragium suum scriptum dabit. Et hanc iuramenti formulam quisque scriptam habeat exterius in eadem charta sui suffragij, & eam legat alta voce, cum suffragium dat tribus designatis. Locus autem, vbi quisque seorsum, & coram omnibus suum dat suffragium, mensa erit in medio constituta; vbi Vicarius est cum suis Assistentibus.*

*fragia: &, vbi paritas esset, tres ipsi suffragia sua ferent; et qui duo habuerint ex eis, Secretarius, & Assistentens erunt.*

*E § Absoluit ab omnibus censuris, quas non incurrissent propter defectus ad hanc electionem pertinentes.*

*F § Formula iuramenti hac esse poterit; Testem in*

nominat, quem sentit in Domino ad hoc munus magis idoneum; & suffragia in manibus Secretarij simul feruentur: deinde à quolibet eorū, qui in Congregatione sunt, seorsum, sed tamen coram alijs proprium suffragium scripto contentū postulent, quod prævio eodem iuramento eisdem dabit vnusquisque. Deinde in medio omnium Secretarius suffragia, electum solummodo nominando, promulgabit; ac demum vno suffragiorum numero cum alio collato, qui plus, quàm mediam partem suffragiorum omnium, habuerit, sit Præpositus Generalis: & ita qui primus eum nominauit, vel Vicarius percontetur alios, an suum consensum ei præstent, quem maior pars elegit; & vtcunque respondeant, formabit Decretum electionis, dicendo; In nomine patris, & filij, & spiritus sancti; E G O .N. nomine meo, & omnium idem sentientium eligo .N. in Præpositum

*G ¶ Incipiente Vicario cum Assistentibus, vel (si aliquis eorum fuerit electus) duobus reliquis; & sequentur ceteri.*

*H ¶ Modus*

*Si non fuerit, qui amplius, quàm mediam partem 7 suffra-*

Generalem Societis I E S V . Quo peracto \* statim omnes ad Reuerentiam ei exhibendam accedat, & flexo vtroque genu manu eius osculentur. Qui vero electus fuerit, nec electionem, nec exhibitam reuerentiam (memor cuius nomine eam admittere debet) recusare poterit. Deinde simul omnes dicant, Te Deum laudamus.

fuffragiorum, habeat; alia ratio, scilicet cōpromissionis ineatur, H \* electis inter omnes tribus, aut quinque electoribus' ( qui nimirum ad id munus plura habuerint suffragia ) & quo maior horum trium vel quinque pars inclinauerit, ille sit Præpositus Generalis, & promulgetur; eiq; reuerentia exhibeatur, & Deo nostro gratiæ agantur, vt superius dictum est.

§ Post promulgationem nulli integrum erit, suffragium suum mutare, nec peracta electione aliam tentare: & obseruet, quæ dicta sunt, qui schismaticus ac ruinæ Societatis author haberi nolit, & in pœnam excōmunicacionis latæ sententiæ incidere, I \* aliasque graues censuras subire, pro arbitrio Societatis; cui vnio & conformitas omnimoda ad Dei gloriam conuenit.

DE MO-

I § Poterit Vicarius cum plurium assensu, vel qui electus fuerit in Præpositum Generalem, decernere censuras, quæ conuenire in Domino videbuntur.

H § Modus eligendi hos electores erit; vt scribat vnusquisque quos sentiat eligendos, & qui plura habuerint suffragia, sint electores: & cum quisque scripserit huiusmodi electorum nomina, iurabunt omnes in hanc formam; Testem inuoco I E S V M Christum, qui sapientia est æterna, quòd ego N. illum eligo, & nomino in Præpositum Generalem Societatis I E S V, quem electores ad id constituti elegerint, & nominauerint.

CONST. PARS VIII.  
DE MODO IN DELIBERA-  
tionibus tenendo, quando in Con-  
gregatione generali non de ele-  
ctione Præpositi, sed alijs de  
rebus agitur.

Cap. VII.

**C**VM in Congregatione non de electione Præpo-  
siti, sed alijs de rebus grauibus, & ad statū So-  
cietatis pertinentibus agitur; inclusio necessaria nō  
erit: licet sit curandum, vt quàm expeditissimè fie-  
ri poterit, quæ tractanda sunt, absoluantur. Sed  
quia ex prima & summa Sapientia descendat oportet  
lux ea, qua dijudicari possit quid statuere con-  
ueniat; in primis Missarum sacrificia offerentur;  
fiētque oratio in loco Congregationis, & alijs par-  
tibus Societatis per totum illud tēpus, quo cōgre-  
gantur, & quo tractantur res in eo Cōuentu defini-  
endæ, ad gratiam impetrandam; vt omnia ad maio-  
rem Dei gloriam constituentur.

IN CAPVT  
VII.

**A**Q̄ *Vi veni-  
unt Pro-  
uincialium loco,  
eis absentibus eo-  
dem ordine loquē-  
tur. Hoc tamen  
obser-*

Deinde semel aut sæpius om-  
nibus congregatis, \* Præpositus  
Generalis; deinde Prouinciales,  
Rectores, alijque ad Congrega-  
tionem vocati, quæ eis tractada  
videbuntur, rationesque eorū,  
quæ sentiunt, postquam dilige-  
ter omnia considerauerint, ac  
Deo & Domino nostro commen-  
dau-

clauerint, corā omnibus breuiter proponent: Et postquam dixerint sententiam suam, \* eius summam scriptā in medio relinquent; vt, si qui velint, eam legant; & quod ea de re sentiunt, in sequenti Congregatione dicant.

¶ Rebus agitatis hinc inde in vna, vel pluribus Congregationibus, si nihil manifeste in alterā partem constitui videretur; cōi omnium, vel ferē omnium assensu quatuor, qui definiant, ex ijs qui intersunt conuentui, & in eo ius habent suffragij, plurium sententijs (quibus alij se stare velle compromittant) eligantur: qui, quoties opus fuerit, cum Præposito Generali congregati, omnia

obseruabitur, vt antiquissimus ex Professis cuiusvis Prouinciæ, qui Prouincialis sit, vel loco Prouincialis veniat, dicat primus; et eū sequentur reliqui omnes eiusdē Prouinciæ iuxta antiquitatem professionis, vel votorum, quæ Coadiutores spirituales emittunt: Postea inter reliquos Prouinciales qui fuerit antiquior, & cum eo reliqui ex eadē Prouincia.

Post huiusmodi sequentur, si alij fuerint, qui sub nullo Prouinciali sint, uel extra ordinem sint vocati; qui etiam ordine antiquitatis dicent.

¶ Suum scriptum super mensa, quæ in medio erit, ponendo. Curabit autem Secretarius, vt, si opus fuerit, plura exempla exscribantur, vel quisque secum ferat; quibus rationes, quæ ipsos mouent, contineantur; vt videri possint ab ijs, qui sententiam de rebus eisdem dicturi sunt.

¶ Promul-

omnia ea, de quibus agitur, decident. Quod si omnes eiusdem sententiæ non fuerint; quò verget maior pars, id præferendum, & à tota Congregatione vt de manu Domini admittendum erit.

Si Præpositus Generalis ea corporis ualetudine non esset, vt posset rebus omnibus tractandis interesse; posset alium suo loco substituere; & sic sigillatim, omnibus rebus constitutis, prout maiori parti visum fuerit, quod decretum est, scribetur, & in plena Congregatione legetur: & si etiam tunc alicui visum fuerit, quid ea in re sentiat, dicere ei licebit; sed omnia tandem arbitrio Præpositi cum Definitoribus reliquentur.

Consideratis denuo illis, quæ discussa sunt, & modo iam dicto rursus cõstitutis, Secretarius in libro ad id de-

**C** § Promulgatio fiet coram tota Domo, ac postea per Domos & Col-  
 legis reliqua; quod de ordinationibus & statutis dictum intelligatur, quæ, vt ubique obseruentur, constituta sunt. Quod enim ad Collegium, uel Domũ, uel personam vnã tantum pertineret, non est quòd alijs in locis promulgetur; quamuis res secrete non essent: Sed si essent secrete; multo magis euulgatio sub grauib; censuris arbitrio Præpositi Generalis est prohibenda.

Ordinationes in Cõgregatione constitutæ in suo vigore permaneant (si in alia Congregatione generali non reuocarentur) quãuis Præpositus Generalis, sub quo factæ sunt, & viuis excessisset.

DECLA-